
DECRETA
SYNODI
DIOECESANAE
FLORENTINAE.

516
lib.2
IX

Stabilita in Metropolitana Ecclesia die XVIII. Mensis Maij.1627.





FLORENTIAE,

Ex Typographia Sermartelliana. 1627.


Superiorum Permissu.

516
lib 2

ALEXANDER MARTIVS MEDICES.

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS Gratia Archiepiscopus Florentinus.

Venerabilibus fratribus Metropolitanæ Ecclesię Florentinę Canonicis, eiusdemque Diœcesis Parochis cæterisque Clericis salutem.





RAESENTIS Synodi occasionē nacti optimum factu duximus si moneamus, dilectissimū nostrum Clerum, ipsi dictum illud inculcari; Vos estis sal terræ, quo nimirum sale, fidelium mentes condiendæ quodam modo sunt, vt ait Gregorius; quare curandum vnicuiq; est, quæ singulis dicat, vnūquemq; qualiter admoneat; nam si sal istud Homil. 17. in Lucam.

 infa-

infatuetur ad nihilum vltra valebit, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus; quod tunc euenit ex eodem Gregorio, quando illi, quos ad aliorum correctionē posuit Deus, mortalibus exempla prauitatis exhibent, scilicet quando & ipsi peccamus, qui compescere aliorum peccata deberemus, dum nulla animarum lucra querimus, interim ad nostra quotidie studia vacando, ac Dei causas relinquendo, locum Sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur: vt merito illud colligatur ex dictis ab eodem Sancto Doctore: Nullum maius praiudicium tolerari a Deo, quam quod infertur à Sacerdotibus prauis. Quapropter vos, qui pastores estis, pensate quia Animalia Dei pascitis, de quib. per psalmistam dicitur. Animalia tua habitabunt in ea; & sedulo curate vt quisquis vobis adiungitur, quasi è salis tactu, æterna vita sapore condiatur. Valete.

Psal. 67



DE FIDE, ET IIS QVAE ad eam tuendam, & propagandam pertinent.



§.1. AM vtile, tamq; necessarium est Christiana doctrina populos instruere, vt non contenti ijs, quæ in alijs nostris Synodis posuimus, rursum exoremus omnes Curatos vt sui officij memores, omni diligẽtia ad hunc pium laborem incumbant.

De Diuinis Officijs.

§. 1. Celebretur officium dupplex S. Hyacinthi 16. Augusti. Insuper officia S. Casimiri Regis Poloniæ 4. Martij, Sanctę Brigittæ Viduę Reginæ Suetiæ 7. Octobris sub ritu tamen semiduplici, & B. Mariæ Magdalenæ de Paczijs die 27 Mensis Maij sub ritu duplici, sed tantum in vrbe Florent.

De Celebratione Missarum.

§. 1. Si Parrochus inter Missarum solemnia velit, vt debet, gregem suum Sacræ Doctrinę pabulo recreare, eiq; viam salutis ostendere, aut dies festos, & Sacra ieiunia ex Ecclesiæ præcepto seruanda in memoriam reuocare, vel matrimonia contrahenda publicare, id faciat immediate post Euangelium antequam dicat symbolum, vel offertorium.

Decreta Sanctæ Congregationis Concili SS. D. N. Vrbani Diuina Prouidentia Papæ VIII.

Authoritate ędita de celebratione Missarum.

CVM sępè contingat, in quibusdam Ecclesijs tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex varijs

defun-

defunctorum relictis, aut piorum eleemosynis impositum esse, vt illis pro singulis diebus præscriptis nequeat satisfieri; & tamen noua onera Missarum in dies suscipiantur; indeq; fiat, vt depereant pię testantium voluntates, obstricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animę suffragijs priuentur, Ecclesijs debitus sub trahatur cultus, ac Christi fideles graui scandalo affecti, plerumquè à similibus charitatis operibus retrahantur: Cumq; his malis maximum inter cętera fomentũ præbeat, aut quod ij, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, sperent illas breui ad pauciorem numerum a Superioribus reductum iri; aut quòd Ecclesijs, forte pecuniarum absumpta, plerumq; nuda remaneant onera Missarum absque vllo emolumento; aut quòd eleemosyna pro illis celebrandis sit adeò tenuis, vt non facilè inueniantur, qui velint huic se muneri subijcere, & redditus Ecclesiæ, aut Monasterij adeò exigui, vt Sacerdotes pro necessaria sua sustentatione noui se oneribus obstringere compellantur: SACRA CONGREGATIO CARD. CONC. TRID. INTERPRETVM animaduertens, facturam se rem Deo gratissimam, charitatiq; ac Iustitię maximè consentaneam: si pro viribus satagat hunc teterrimum abusum è Christiana Republica conuellere, atquè eradicare: SS. D. N. VRBANI Diuina prouidentia PP. VIII. authoritate sibi specialiter attributa, infrascripta Decreta edidit.

Ac primò districtè prohibet, atque interdicit, nè Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus vel alias quoquo modo reducant onera vlla Missarum celebrandarum aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis; sed pro his omnibus; reducendis, aut moderandis vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, quę, re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi, si quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit.

Deindè, vbi pro pluribus Missis, etiam eiusdem qualitatis, celebrandis plura stipendia, quantumcunque incongrua, & exigua, siuè ab vna, siuè à pluribus personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus. Ecclesijs, Capitulis, Collegijs, Hospitalibus, Societatibus, Monasterijs, Con-

uentibus, Congregationibus, Domibus, ac locis pijs quibuscumque tàm secularibus, quàm regularibus; SAC. CONGREGATIO sub obtestatione Diuini Iudicij mandat, ac præcipit, vt absolutè tot Missæ celebrentur, quot ad rationē attributę eleemosynæ præscriptæ fuerint; ita vt alioquin ij, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant; quinimò grauiter peccent, & ad restitutionem teneantur.

Id verò vt deinceps obseruetur exactiùs, SAC. CONGREGATIO eadem authoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibusuis personis, Ecclesijs, ac locis pijs, tàm secularibus, quam regularibus, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, quamcunque ob causam concessa, quibus indulgetur, vt certarum Missarum, vel Anniuersariarum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Ac similiter, omne damnabile lucrum ab Ecclesia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam susceperit celebrādam cum certa eleemosyna, nè eamdem Missam alteri, parte eiusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Prętereà, nè in Ecclesijs, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, vt par est, adimplēdis eò tepidiores, ac segniores reddantur, quòd onera huiusmodi cum nulla, aut parua sint vtilitate coniuncta: statuit, atque decernit, vt pecuniæ, ac bona mobilia Ecclesijs, Capitulis, Collegijs, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasterijs, Conuentibus, ac locis omnibus tàm secularibus, quàm regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuò Missarum celebrandarum, ab ijs, ad quos pertinet, sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda à die realis acquisitionis statim deponi debeant penès ędem Sacram, vèl personam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illa, seu illorum pretium quamprimùm inuestiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressa, & indiuidua mentione oneris, quod illis annexum reperitur; ac si eadem bona immobilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorundem pretiū sub eadem pœna, vt suprà, deponi, atque in alijs bonis stabilibus itidem fructiferis cum eiusdem oneris repetitione, atque annexione conuerti debeat.

Ad hæc SAC. CONGREGATIO quibusuis Capitulis,

tulis,

culis, Collegijs, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac piorum locorum, tam secularium, quàm regularium Superioribus, vel alijs, ad quos pertinet, districtè prohibet, nè imposterùm onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, seculares quidèm sinè Episcopi, vel eius generalis Vicarij, Regulares verò sinè Generalis, vel Prouincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda; alioquin secularis, qui huius prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus, sit eò ipsò: Regularis verò pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisq; actiuę, ac passiuę, absque alia declaratione incurrat. Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demùm ijdem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, vt noua quoque onera suscipere valeant, alioquin omninò abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesijs cum inscriptione illa, eleemosyna pro Missis, vel alia simili, sub ijsdem pœnis ipso facto incurrendis nè fideles hac ratione frustrentur. Episcopus verò, seu eius Vicarius, aut Generalis, vel Prouincialis, vbi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirant de singulis Missarum celebrandarum obligationibus cuiq; Ecclesiæ, Monasterio, aut loco pio incumbentibus; nec anteà assensum huiusmodi, aut licentiam præbeant, quam eis legitimè constiterit, illius Sacerdotes tam nouo oneri suscipiendo, quàm antiquis iam susceptis satisfacere posse; præcipuamq; rationem habeant, vt redditus, qui Ecclesijs, & locis pijs relinquuntur, omninò respondeant oneribus adiunctis, secundùm morem cuiusque Ciuitatis, vel Prouincię, intelligantq; si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in Nouissimo Die se huius prætermissi muneris rationem esse reddituros.

Postremò ILLVSTRISS. PATRES, non sine graui animi dolore intelligentes, mala ferè omnia, quę regularem disciplinam euertunt; ac præcipuè nimiam hanc facilitatem fouent in oneribus Missarū supra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice; pullulare ex maiori Regularium numero, quam ferant redditus, & eleemosynę cuiusque Monasterij; inhęrentes Summorum Pontificum, ac Sac. Tridentini Concilij De-

cretis hac de re editis, SS. D. N. authoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicarijs, & quibuscumque alijs Superioribus Monasteriorum, Conuentuum, ac Domorum regularium bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentium intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium, vt singuli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum vsu peritioribus, bona immobilia, cẽsus, redditus, & prouentus omnes, consuetas item eleemosynas, & obuentiones, tàm communes Monasteriorum, Conuentuum, & Domorum eiusdem Prouinciç, quam etiam singularibus personis religiosis assignatas, seù permissas in communem vsum deinceps conferendas, decem annorum immediatè præcedentium habita ratione, diligenter, & maturè recognoscant, ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, grandines, sterilitates, aliauè cuiuslibet generis onera consueuerunt absorbere; eaq; omnia scripto fideliter exarata, idem Superior, cuius interest, in proximo Capitulo, seù Congregatione generali, vel prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipsomet Capitulo, seù Congregatione deligendis proponat, qui, computatis huiusmodi redditibus, eleemosynis, & obuentionibus vniuersis, & oneribus, vt supra, detractis, sedulò examinent, quot religiosi homines, connumeratis etiam laicis, alijsq; necessarijs seruientibus, in vnoquoque Monasterio, Conuentu, & Domo regulari iuxta regionis, & proprij instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant sustentari. Tum eorundem bonorum, redditiuum, eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo, seù Congregationi exhibeant, vt in illo diligenter omnibus discussis, cuiusque familiæ, Monasterij, Conuentus, ac Domus regularis in singula quaque Prouincia certus earum tantùm personarum numerus, Patrũ capitularium voto, pręfigatur, quæ redditibus, eleemosynis, & obuentionibus, vt superiùs, sufficienter ali possint. Ne verò Superiores, qui id præstare debent, seriùs, aut remissius, quam par est, suo muneri satisfaciant, mandat SAC. CONGREGATIO, vt infra annum, post proximum Capitulum ge-

nerale, vel prouinciale conputandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authenticam formam redacta ad Sacrā ipsam Congregationem Cōcilij singuli mittant, numerumq; familię, singulorumq; Conuentuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi regularium, Capituli, seu Congregationis generalis, vel prouincialis sententia, & auctoritate præfinitū, ijdem Superiores, tàm Generales, & Prouinciales omnes, quā locales perpetuò seruare omninò teneantur, nec possint illū quoquo modo augere, etiam prætextu augumenti reddituū, absque Sacrę ipsius Congregationis licentia. Superiores autē huiusmodi, qui prædicta omnia in prefixo termino non præstiterint, vel numerum, vt suprà præscriptum quouis modo augere prēsumpserint, priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisq; actiuæ, ac passiuæ, & ad omnia suę religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuā pœnam eo ipsò incurrere, atque alijs etiam grauioribus a Sede Apostolicam infligendis pœnis Sacra Congregatio subiacere voluit, & declarauit.

Deinceps verò Monasterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium, nullibi recipiatur, nisi, præter alia ad id requisita, in singulis eiusmodi locis duodecim saltèm fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis, detractis omnibus, vt suprà, detrahendis, competenter sustentari valeant, ad prēscriptum decreti fel. rec. Greg. XV. hac de re editi. Alioquin Monasteria, & loca huiusmodi post hac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, vt suprà, sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarij loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni subiecta esse intelligantur.

Porrò, ne vllo vnquam tempore hæc in obliuionem, seu desuetudinem abeant, Superiores locales cuiusq; Monasterij, Conuentus, ac Domus regularis curare, atque efficere teneantur sub pœna priuationis officij, vocisq; actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrenda, vt in perpetuum, sexto quoque mense, idest feria secunda post primam Domenicam Aduentus, & feria sexta post Octauam Corporis Christi præsentes ordinationes in publica mensa perlegantur. Omnibus tàm Ecclesiasticis personis, cuiuscunque sint ordinis, conditionis, & gradus, quàm laicis quocumque honore, ac potestate, præditis præ-

ſentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitùs interdicta.

Non obſtantibus quòad ſuprascripta omnia, & ſingula in præſentibus Decretis contenta, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in fauorem quarumcumque perſonarū, atquè Ordinum tàm Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Io: Hieroſolymitani. Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius Inſtituti, etiam neceſſariò, & in indiuiduo exprimendi, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Capitulorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, & aliorū quorumcumque, tam ſecularium, quàm regularium locorum, necnon illorum, etiā iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari Magno, ſeù Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeù extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, & formis ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, mentio, ſeù quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quibus quò ad ea, quæ præſentibus aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, Sacra Congregatio Sanctitatis Suę authoritate ſpecialiter, & expreſsè derogat, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque.

Et nè præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poſſit, voluit eadem SACRA CONGREGATIO, vt prę ſentes Ordinationes in Valuis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Florę, vt moris eſt, affixę, omnes, ad quos pertinet ita arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent, Vtq; earundem pręſentiū tranſumptis, etiam impreſsis, manu

aliculus Notarij publici subscriptis, & sigillo personę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quę præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romę die 21. Iunij 1625.

Cosmus Cardinalis de Torres.

Loco † sigilli.

Prosper Fagnanus Sac. Congr. Sec.

Anno D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Indictione octaua, Pontificatus autem in Christo Patris, & D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia PP. Octaui, Anno eius Tertio; die verò vigesima secũda mensis Septembris, suprascripta Decreta affixa, & publicata fuerunt, ad valuas Basilicarum S. Io: Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, vt moris est per nos Camillum Fundatum, & Fabbium Emilianum SS. D. N. PP. Curs.

Brandimartes Latinus Prælibati SS. D. N. PP. ac S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis Cursor pro Mag. DD. Curs.

Declarationes aliquot S. Congregationis Concilij SS. D. N. Vrbani Diuina Prouidentia Papę VIII.

Auctoritate editę super Decretis superius appositis.

SVper primo Sacræ Congregationis Decreto, de Celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi in diocesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel alias quoquomodo, reducant onera vlla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis:

Quæritur, quid si legatum sit ità tenue, vt non sit, qui velit onus illi iniunctum subire, &, si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum insumendum sit pro expensis ad id necessarijs?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, vt possit huiusmodi onera moderari?

Secundò, ſuper ſecundo eiuſdem Congregationis decreto, quo cauetur, vt celebrentur tot Miſſæ, quot ad rationem tributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint:

Quęritur: an verba illa (pręſcriptę fuerint) intelligenda ſint de præſcriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

Tertiò, an cum Ordinarius præſcripſerit eleemoſynam cõgruam iuxta qualitatem loci, perſonarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes ſtipendium minùs congruo, teneantur Miſſas illis ab offerente præſcriptas celebrare?

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Miſſas celebrare ratione beneficij, ſeù capellæ, legati, aut ſalarij, poſſint etiam manualem eleemoſynam, pro Miſſis votiuis, aut defunctorum, recipere, & vnico Miſſæ ſacrificio vtrique oneri ſatiſfacere?

Quintò, poſito, quòd Teſtator relinquat, vt celebrentur pro eius anima centum Miſſę, abſquè vlla præſcriptione eleemoſynæ: Quæritur, an liberum ſit hæredibus, eleemoſynam ſibi benè viſam præſcribere, an vero eadem eleemoſynam pręſcribenda ſit ab Ordinario?

Sextò, ſuper tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio reuocat Priuilegia, quibus indulgetur, vt certarum Miſſarum, vel anniuerſariorum celebratione, aùt aliquibus collectis, ſeù orationibus, plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.

Quæritur, An verba (in futurum ſuſcipiendis) intelligenda ſint de oneribus ſuſcipiendis poſt Priuilegium?

Septimo, ſuper Quarto eiuſdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, ne eamdem Miſſam alteri, parte eiuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat:

Quęritur, An permittendum ſit adminiſtratoribus Eccleſiarum, vt retineant aliquam eleemoſynarum portionem pro expenſis manutentionis Eccleſię, Altarium, inſeruientiũ, paramentorum, luminum, vini, hoſtię, & ſimilium?

Octauò, An hoc decretum habeat locum in beneficijs, quę conferuntur in titulum, ideſt, An Rector Beneficij, qui poteſt per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare ſtipendium ad rationem reddituum Beneficij?

Nonò, An Sacerdotes, quibus aliquandò offertur eleemoſyna maior ſolita pro celebratione Miſſę, debeant dare eamdem

dem

dem integram eleemosynam ijs, quibus Missas celebrandas committunt: An verò satis sit, vt dent celebrantibus eleemosynam consuetam?

Decimò, super quintò eiusdem Congregationis decreto, quo inter cętera statuitur in hęc verba; Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum ijdē accipere possint, si oneribus anteà impositis ita satisfecerint, vt noua quoquę onera obire valeant; Alioquin omninò abstineant ab huiusmodi eleemosynis, ętiam spontè oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant, &c.

Quæritur, An hoc decretum prohibeat absolutè, quò minùs accipiant nouas eleemosynas ij, qui acceptis non satisfecerunt: & quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Vndecimo, quid, si offerens ellemosynas, audito impedimento, consentiat, vt Sacerdos Missam celebret cum primùm poterit?

Duodecimò, An pœna interdicti, & aliæ appositæ in eodē decreto afficiant tam eos, qui accipiunt eleemosynas contra formam ibi præscriptam, quam eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesijs, vt ibidèm pręcipitur?

Decimo tertiò, An in hoc decretò comprehendantur illæ capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesijs in die commemorationis omnium Sanctorum, & vulgò dicuntur (casse de Morti)?

Decimo quartò, An administratores Ecclesię magnę deuotionis, & concursus possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si ijsdem Missis non nisi post longum tempus satisfacere valeant, ne aliàs cultus Ecclesię, & deuotio, ac concursus fidelium, vt aiunt, minuantur?

Decimo quintò, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa solis Capitulis, Collegijs, Societatibus Congregationibus, nec non omnibus, & singulis Ecclesiarum, & Piorum locorum, tàm sæcularium, quam regularium, superioribus, de quibus fit expressa mentio, non autem priuatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur sub clausula generali (& alijs ad quos pertinet) supplicatur pro opportuna declaratione?

Decimo sextò, super septimo eiusdem Sacrę Congregationis decreto, quo cauetur, vt in singulis Monasterijs religioso-

rum

rum præfigatur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut eleemosynis commodè possit sustentari:

Quæritur, An vbi hęc prefixio factam iam fuit in vim similis decreti san: mem: Pauli V., absq; tamen computatione redditumm cuiusq; religiosi, sit denuò facienda, nec ne?

Decimo septimò, An nouitij, ad habitum Regularem admissi, possint admitti ad professionem in Monasterijs, in quibus, habita vt suprà præfixione numeri, commodè ali non possunt?

Decimo octauò, super vltimo, quo cauetur, vt nullibi recipiantur conuentus regularium, nisi præter alia ad id requisita, duodecim saltèm fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, ità vt alioquin subsint Iurisdictioni ordinariæ:

Quæritur, an hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, compręhēdat eas religiones, quæ non consueuerunt onera Missarum recipere, vt sunt religiones Capuccinorum, ac Societatis Iesù?

Vltimo, An idem decretum, vbi disponit, vt nullibi recipiantur Monasteria, nisi &c. habeat locū in Italia dumtaxàt, ad quam est restrictum decretum proximè antecedens, an verò etiam extra Italiam?

SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, authoritate sibi a Sanctiss. D. N. attributa, Ad singula dubia superiùs proposita ad hunc modum respondit, videlicet:

Ad primum, & si legatum sit adeò tenue, nihilominus, pro reductione oneris, vt supra, impositi, ab ijs, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam, quę absque vlla impensa id statuet, quod magis in Domino è re esse iudicauerit; Veruntamen si in ipsa beneficij erectione expressè cautum fuerit, vt liceat Episcopo iniunctum onus reducere, ac moderari, legē hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & obseruandam.

Ad secundum, esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui eleemosynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quòd si tribuens eleemosynam numerum Missarum celebrandarū

non pręſcripſerit, tunc tot Miſſas celebrari debere, quot præſcripſerit Ordinarius ſecundùm morem ſuę Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad Tertium, teneri.

Ad Quartum, Sacerdotes quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficij, ſeù cappellæ, legati, aut ſalarij, ſi eleemoſynas pro alijs etiam Miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eadem Miſſa vtrique obligationi ſatisfacere.

Ad Quintum, cenſuit, vbi nullam certam eleemoſynam teſtator reliquit, eſſe ab Epiſcopo præſcribendam eleemoſynam congruam, quę reſpondeat oneribus Miſſarum celebrandarũ, ſecundùm morem Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad Sextum, Ità eſſe intelligenda.

Ad Septimum, reſpondit, permittendum non eſſe, vt Eccleſiæ, ac loca Pia, ſeù illorum adminiſtratores, ex eleemoſynis Miſſarum celebrandarum vllam, vtcùmq; minimam portionem retineant ratione expenſarum, quas ſubeunt in Miſſarum celebratione, niſi cùm Eccleſiæ, & loca ipſa alios non habent redditus, quos in vſum earundem expenſarum erogare licitè poſſint, & tunc, quam portionem retinebunt, nullatenùs debere excedere valorem expenſarum, quę pro ipſomet tantùm Miſſæ ſacrificio neceſſariò ſunt ſubeundæ, & nihilominùs eo etiam caſu curandum eſſe, vt ex pecunijs, quæ ſuperſunt, expẽſis vt ſupra deductis abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot pręſcriptæ fuerint ab offerentibus eleemoſynas.

Ad Octauum, non habere locum, ſed ſatis eſſe, vt Rector beneficij, qui poteſt Miſſam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemoſynam congruam, ſecundùm morem Ciuitatis, vel Prouincię, niſi in fundatione ipſius beneficij aliud cautum fuerit.

Ad Nonum, debere abſolutè integram eleemoſynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem ſibi retinere poſſe.

Ad Decimum, reſpondit, non prohibere abſolutè: Ac propterea, etſi oneribus iàm ſuſceptis non ſatisfecerint, poſſe tamen noua etiàm onera ſuſcipere Miſſarum celebrandarum, dummodò infra modicum tempus poſſint omnibus ſatisfacere.

Ad Vndecimum, quamuis onera ſuſcepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, ſi tamen tribuens eleemoſynam

pro

pro aliarum Missarum celebratione, id sciat, & consentiat, vt illæ tunc demùm celebrentur, cùm susceptis oneribus satisfactum fuerit, decretum non prohibere, quò minus eo casu eleemosyna accipiatur pro ijsdem Missis iuxtà benefactoris consensum celebrandis.

Ad Duodecimum, has pœnas non habere locum, nisi in suscipientibus onera perpetua Missarum celebrandarum sinè licentia Episcopi, vel eius Generalis Vicarij, aut Generalis, vel Prouincialis.

Ad Decimum tertium, Comprehendi.

Ad Decimũ quartũ, Non posse, nisi de consensu eorũ, qui eleemosynas tribuunt, vt supra in respõsione ad Duodecimũ.

Ad Decimum quintum, comprehendi etiam priuatos Sacerdotes.

Ad Decimum sextum, numeri præfixionem esse iterùm faciendam seruata forma vltimi decreti hac de re editi.

Ad Decimum septimum, esse admittendos ad professionẽ, si aliàs habiles existãt, ac deindè in aliquo alio Monasterio eiusdem religionis esse collocandos, vbi commodè ali possint.

Ad Decimum octauum, Censuit comprehendere.

Ad Vltimum, habere locum etiàm extrà Italiam.

Cosmus Card. de Torres.

Loco † sigilli.

Prosper Fagnanus S. Congreg. Secr.

§. 2. Multorum præcibus inclinati decernimus, vnum Iulium regulariter esse eleemosynam congruentem, & iustũ stipendium pro cuiuslibet Missæ priuatæ celebratione, quamuis accipere minus Sacerdotes, & plus erogare Christi fideles pro libito possint.

§. 3. Cum perdifficile sit omnino satisfacere celebrandarum Missarum oneribus non in limine fundationis, sed aliàs ante Cõcilium Tridentinum impositis à Testatoribus, & alijs fidelibus, Ecclesijs Iurisditioni nostræ subiectis, tùm propter ingentem sacrificiorum numerum, tùm propter exigua stipẽdia pro eorum oblatione relicta: Nos huic incommodo occurrere, & eorum conscientias quorum interest predicta sacra

facere exonerare volentis; authoritate a Sac. San. Trid. Synodo nobis tradita, & hac in parte a SS. D. N. Vrbano minime reuocata decernimus, vt habita ratione eleemosynarum pro celebrandis Missis ante Concilium Trid. traditarum, & ex illis modo obuenientium fructuum ad rationem quinque pro quolibet centenario; tot Missæ inposterum solummodo celebrentur, quot iusta stipendia, ex earum eleemosinarum fructibus ad ractionem vnius Iulij pro qualibet Missa desumi poterunt, reliquis omissis, ac si de illis nulla vnquam mentio, aut obligatio extitisset; ita tamen, vt quantum fieri poterit, in alijs sacrificijs, & præcibus commemoratio semper fiat defunctorum, qui pro suarum Animarum salute pia legata reliquerunt declarantes hoc decretum minime compræhendere illas Ecclesias Clericorum congregationis, quibus vel in specie concessa vel denegata est prædictorum onerum reductio, & moderatio.

Sess. 25. cap. de reform.

§. 4. Vt exactè ab omnibus obseruetur illud quod à Sacro Trid. Conc. decernitur, & à nobis alias semel, atq; iterum Sancitum est: Omnibus, sed præsertim regularibus, notum esse volumus, qualiter à Sacra Congregatione præfati Concilij deliberatum, statutumq; est non esse illis licitum in suis Ecclesijs contra ordinationes nostras permittere, seù efficere, vt Sacerdotes aliarum Diœcesum absq; nostra licentia in ijs celebrent, insuper facultatem nobis impertitam esse puniendi eos regulares, qui contrafecerint, quaré mandamus omnibus, vt obseruent quod alias diximus in hac materia præsertim sub die 22. Mensis Iunij anno 1624.

Trid. sess. 23. cap. 16. de refor.

De Sacrosanta Eucharistiæ.

§. 1. Cum aliquis comunicaturus est prima vice, prçcipimus, vt suo parocho id manifestet, ad quem spectabit decernere an aptus sit ad comunicandum, nec ne, cum tamen ipse, illum prima vice Sacrosancta Synaxi refecturus sit nam cum alius id facere debeat satis erit Parochum admonere, vt sciat numerum suorum parochianorum comunicantium.

§. 2. Sacra Congregatio Cardinalium negocijs regulariũ præposita die V. Iunij. 1625. edixit non licere Regularibus etiam in eorum proprijs Ecclesijs Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicè adorandum exponere, nisi ex causa publi-

publica, quæ probata sit ab Ordinario. Ex causa autem priuata possint, dummodo Sanctissimum Sacramentum è Tabernaculo non extrahatur, & velatum remaneat, ita vt ipsa Hostia videri non possit.

De Sacrosanctis Ecclesijs.

§. 1. Si quis Præsbiter per se ipsum suo sacello inseruire nō poterit, ideoq; alterum sibi voluerit substituere, prohibemus quominus inconsulto Rectore Ecclesiæ, in qua sacellum est, id facjat; volumus enim vt postquam prędictum Rectorem monuerit, eiq; tradiderit nomina Sacerdotum substituendorum nobis, vel nostro Vicario Generali præsentanda, à nobis expectet electionem, quam aliter factam infectam celebimus.

De Confraternitatibus Laicorum.

§. 1. Quoniam sodalitates, quę Sacramenti dicuntur, ad deferēdam infirmis Sacram Eucharistiam aliqua pro funaliū vsu, ac Sacra supellectili comparanda exigunt, hortamur omnes, vt ad tam pium opus eleemosynis subleuandum incumbant.

De Sepulturis.

§. 1. Vt antiqua, omnibusq; probata consuetudo, ambitioso abusu ex parte deleta in pristinum statum reuocetur: Edicimus, vt in deferendis ad Tumulum Cadaueribus, ita disponantur accensa funalia, vt plura semper colluceant circa Sanctissimum Crucis signum, quam circa feretrum: Quod si forte contingat, ea esse ita disposita, vt plura ad corpus defuncti, quam ad Crucem spectare videantur, vel non ita facile dignosci queat ad Crucem ne, an ad cadauera spectent, tunc volumus, vt ex omnibus intortitijs, tam circa feretrum; quam circa Crucis vexillum, aut Clericos, & regulares funus comitantes collucentibus, factis duabus partibus æqualibus; altera ex illis, & insuper duo intortitia Cruci acquirantur, & ipso facto acquisita sint; altera demptis duobus funalibus, defunctorum heredibus tribuatur.

§. 2. Quia non raro contingit ad associanda corpora defunctorum, quæ ijs in locis tumulantur, vbi personæ religio-

ſæ degunt non habentes vſum erigendi Crucem, aut publice procedendi, aliunde accipere Crucis vexillum, quo prȩeunte ſubſequantur Clerici, ac reliqui Cadauera comitantes ad locum Sepulturæ, & ex hoc dubium oriri ad quos pertineant faces, quæ circa Crucem colluxerunt ad templum ne, vnde Crucis ſignum deſumptum eſt, an ad locum, inquo defunctorum corpora temporariȩ, vel perpetuȩ ſepulturæ tradenda ſunt. Mandamus, vt vbi nulla pacta, nullȩq; ſunt conuentiones primo extrahatur quarta pro Parœcia defuncti, deinde ex reliquis intortitijs factis duabus partibus æqualibus, altera ex illis tribuatur Eccleſiȩ vnde Crux fuit deſumpta, altera vbi corpus ſepelitur, relinquatur.

§ 3. Si forte accidat, vt aliquis extra Vrbem moriatur, & ſine vlla ſepulcrali pompa de loco penitus vbi occidit ad tumulum quo ſepeliendus eſt deferatur; iſq; ſolito feretri apparatu inhumatus eouſq; permaneat, donec ſepulturȩ tempus accedat; ne parœcia Vrbis, ſuo quartȩ partis prouentu, qui iure Sacrorum Canonum illi obuenit fraudetur, ſtatuimus, atq; iubemus vt ſi corpus defũcti plura quã duodecim lumina circundent, Vrbano parocho duodecim Iulij dentur, aut ſex vbi duodecim ſolum faces, vel pauciores circa cadauer ardebunt.

De Monialibus.

§. 1. Quo clarius ab omnibus ſciatur, & perfectius obſeruetur illud, quod à S. Sede Apoſtolica ordinatur, ac diſponitur, tam de electione ſuperiorum in Cȩnobijs Sacrarum Monialium, quæ ſunt ſub Regularium regimine, quam de iiſdẽ regularibus, qui volunt Moniales alloqui, operȩ prætium duximus his nectere ſequentem conſtitutionem fel. mem. Gregorij XV. & nonnulla Decreta Sacræ Congregationis attinentia tum ad conſtitutionem tum ad facultates concedendas regularibus loquendi cum Monialibus, & hac occaſione in memoriam reuocare Abbatibus, Prioribus, Miniſtris, Cuſtodibus, Confeſſarijs, & omnibus alijs ſuperioribus regularibus intimationem, & notificationem à nobis illis exhibitã volendi nos vti facultatibus per dictã Bullam, & decreta nobis conceſſis, quod quatenus opus eſſet iterum intimamus, & notificamus eiſdem ſuperioribus Regularibus, vt ſciant nos illis vti velle quando, & quatenus opus fuerit.

Sanctiſ-

Sanctissimi D.N.D.Gregorij Papae XV. Constitutio de Exemptorum priuilegijs circa animarum curam, & Sacramentorum administrationem, Sanctimonialium Monasteria, & Praedicatione Verbi Dei.

Gregorius Episcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

INscrutabili Dei prouidentia Vniuersalis Ecclesiae regimini, meritis licet imparibus, praesidentes, pastoralis nostrae solicitudinis partes esse dignoscimus, in eam curam precipuè incumbere, vt a dignis, & probatis tantùm sacerdotibus sanctè administrentur Ecclesiastica Sacramenta; atquè vt Virginum Deo sacrarum Monasteria diligentissimè custodiantur; & viri assumantur idonei ad praedicationis officium salubritèr exequendum. Sanè Tridentinae Synodi decretis prouidè cautum est, nullum Presbyterum, etiam regularem, posse Confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec adi id idoneum reputari, nisi aut parochialè beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, vel alias idoneus iudicetur, & approbationem, quę gratis detur, obtineat: Nec non vt in Monasterijs, seù domibus virorum, seù mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, praeter eas, quae sunt de illorum Monasteriorum, seù locorum familia personae; tùm regulares, quam seculares eiusmodi curam exercentes, subsint immediatè in ijs, quae ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Dioecesi sunt sita: Itemquè vt Episcopi vniuersi sub obtestatione Diuini iudicij, & interminatione maledictionis ęternae in omnibus Monasterijs sibi subiectis Ordinaria, in alijs verò Sedis Apostolicae authoritate clausuram sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligentèr restitui, & vbi inuiolata est, conseruari maximè procurent; inobedientes, atquè contradictores per cęsuras Ecclesiasticas, atquè poenas, quacunque appellatione postposita, compescentes: Atquè vt regulares in Ecclesijs suorum Ordinum prędicare volentes, se coram Episcopis praesentare, & ab eis benedictionem petere teneantur; in Ecclesijs verò, quę suorum Ordinum nō sunt,

nullo

nullo modo prædicare possint sine Episcopi licentia: contradicente autem Episcopo, nulli, etiàm in suorum Ordinum Ecclesijs, prædicare præsumant. Verùm quia experientia compertum est, Ecclesiastici regiminis rationes postulare vt decretis eiusmodi aliquid adiungatur: matura deliberatione nostra, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac generali, ac perpetuo valitura Constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, vt deinceps tàm regulares, quàm seculares quomodolibet exempti, siue animarum curam personarum secularium Monasterijs, seù domibus regularibus, aut quibusuis alijs Ecclesijs, vel beneficijs siuè regularibus, siuè secularibus incumbentem exerceant: siuè alias Ecclesiastica Sacramenta, aut vnum ex illis ministrent præuia Episcopi licentia, & approbatione; siuè quoquomodo in dictæ curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicuius ex illis administratione de facto absquè vlla auctoritate se ingerant; in his, quæ eiusmodi curam, seù administrationem cõcernunt omnimodæ iurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, plenè in omnibus subijciantur. Ad hæc tàm regulares, quàm seculares huiusmodi nullis priuilegijs, aut exemptionibus tueri se possint, quominus, si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialiũ, etiam Regularibus subiectarum, ab Episcopo loci, similiter tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato, quotiès, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant. Confessores verò siue regulares, siuè seculares, quomodocumque exempti, tàm Ordinarij, quàm extraordinarij ad Confessiones Monialium, etiã regularibus subiectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur obtineant. Sed & Administrantes bona ad eiusmodi Monasteria Sanctimonialium, vt præfertur, etiam regularibus subiectarum, pertinentia; siuè regulares extiterint, siuè seculares, quomodolibet exempti, Episcopo loci, abhibitis etiàm Superioribus regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamèn exigendæ, reddere teneantur, ad idquè iuris remedijs cogi, & compelli queant. Liceatq; Episcopo, ex rationabili causa Superiores regulares admonere, vt eiusmodi Confessores, atquè Administratores

amo-

amoueant: ijsq; Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus habeat Episcopus facultatem prędictos Confessores, & Administratores amouendi quotiès, & quando opus esse iudicauerit. Ac similiter possit Episcopus, vnà cum Superioribus regularibus, quarumcunque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum eorumdem Monasteriorum, quocunque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere; absquè vlla tàmen ipsorum Monasteriorum impensa. Ac demum habeat Episcopus, tanquam dictæ Sedis delegatus, authoritatem coercendi, ac puniendi quoscunquè exemptos tam seculares, quā regulares, qui in alienis Ecclesiis, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absquè Episcopi licentia; & in Ecclesijs suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, prędicare prę sumpserint. Ità vt Episcopi in supr ascriptis casibus, & in prænominatas personas, in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquo modo delinquẽtes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extrà visitationem, per censuras Ecclesiasticas, aliásq; pœnas, vti eiusdem Sedis delegati procedere, omnemq; iurisdictionem exercere liberè, & licitè valeant. Decernentes sic per quoscunquè Iudices quauis authoritate fungentes, etiam Sacri Palatij Auditores, necnon Sanctæ Romanę Ecclesię Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis, aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & definiri debere; Irritum quoquè, & inane si secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcunque personarum, atquè Ordinum tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiā Sancti Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiusuis alterius instituti, etiàm necessariò, & indiuiduo exprimendi, Monasteriorum, Conuentuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcunque tàm seculariū, quam regularium locorum, necnon illorum, etiàm iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, vel Consuetudinis, etiam immemorabilibus; exemptionibus quoque indultis, & priuilegijs, etiàm in corpore iuris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Mari Magno, seù Bulla aurea,

aut

aut aliàs nuncupatis; Conseruatorum deputationibus, eorũq; atq; alijs inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minimè teneantur, & quibusuis alijs, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seù extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si pro illorũ sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seù quæuis aliâ expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent præsentibus, pro expressis habentes, quibus quo ad ea, quæ eisdem præsentibus aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter & expressè derogamus; cæterisq; cõtrarijs quibuscunquę. Cęterùm quia dificilè foret præsentes litteras ad singula quęque loca deferri, vt eæ tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad valuas Lateranen., Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, atquè Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ publicari, & inibi affigi, & per aliquod temporis spatium dimitti, eisq; detractis, earũ exempla eo in loco relinqui. Ac volumus, vt earumdem prę sentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & Sigillo Prælati, seù personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & extra illud, vbi opus fuerit, eadẽ prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forẽt exhibitę, vel ostensæ. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statuti, declarationis, decretorum, derogationis, mãdati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum, annno incarnationis Dominicę M.DC.XXII. Nonis Februarij, Pontificatus nostri Anno Secundo.

V.Dat.

S. de Vrsinis.

Re-

Registrata in Secretaria Breuium.

In nomine Domini Amen. Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi M.DC.XXIII. indictione sexta die vero Octaua Mensis Februarij, Pontificatus autem Santissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Gregorij Diuina prouidentia Papæ XV. Anno secundo, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad Valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicę & in acie Campi Floræ dimissis ibidem earumdem litterarum originalibus appensis per aliquod temporis spatium, & exinde remotis, deinde dimissis earumdem literam copijs affixis, vt moris est, per nos Cosmum Modium, & Alexandrum de Rocchis Sanctiss. Domini Nostri Papæ Cursores.

Octauius Spada Magister Cursorum.

Declarationes aliquot Sacræ Congregationis Concili Super Constitutione san. me. Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs &c.

Dubitatur.

1. AN liceat Episcopis visitare Altaria regularium Ecclesiarum, quibus cura animarum personarum secularium non incumbit, aut loca, vbi in ijsdem Ecclesijs asseruatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel vbi audiuntur Confessiones personarum secularium?

2. An Episcopi possint Regularibus præscribere, vt certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel alias illorum priuilegia restringere, ac moderari in sacramentis administrandis?

3. An facultas Episcopis per Constitutionem attributa in exemptos tam seculares, quam regulares, intelligatur etiam tributa in personas nullius Diœcesis?

4. An eadem facultas competat inferioribus Prælatis proprium territorium, ac iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus?

5. An per eandem Constitutionem in illis verbis, possit Episcopus vnà cum superioribus regularibus quarumcunque Abbatissarum, &c. electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere; ius Abbatissas confirmandis Episcopis attributũ censeatur?

6. An Confessores Monialium ante editam Constitutionẽ

D depu-

deputati, debeant ab Episcopo examinari, & approbari?

7. An superiores Regulares similiter ante ipsius Constitutiones publicationem electi, seù deputati, alia indigeant Episcopi approbatione pro Confessionibus sanctimonialium sibi subiectarum audiendis?

8. An Confessiones, quas audiunt superiores Regulares electi, seù deputati, vel confirmati post publicationem, & scientiam tenoris dictę Bullę, non obtenta Episcopi approbatione, sint nullæ, atquè irritæ, necne?

9. An Regulares generaliter ab Episcopo approbati ad Cõfessiones personarum secularium audiendas, censeantur etiã approbati ad audiendas Confessiones Monialium sibi subiectarum.

10. An Regularis ad audiendas Confessiones Monialium vnius Monasterij ab Episcopo approbatus, Confessiones Monialium alterius Monasterij audire possit?

11. An Confessores regulares extraordinarij semel ab Episcopo deputati, & approbati ad audiendas Monialium Confessiones pro vna vice infra annum ad præscriptum sacri Concilij Tridentini, possint, virtute dictę approbationis, pluriès tanquam Cõfessores extraordinarij earumdem Confessiones audire absque noua Episcopi licentia?

12. Cum in eadem Constitutione statutum sit, vt liceat Episcopo ex rationabili causa superiores Regulares admonere, vt amoueat Confessores Monialium, atque Administratores bonorum ad earumdem Monialium Monasteria pertinentium, iisq; superioribus id facere detrectantibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amouendi quoties, & quando opus esse iudicauerit: An eiusmodi causam Episcopus superioribus Regularibus significare teneatur?

13. An eadem Constitutio qua parte supponit Episcopi iurisdictioni Regulares delinquentes circa personas degentes intra septa Monasteriorum Monialium, aut circa clausuram, vel bonorum administrationem eorumdem Monasteriorum, habeat locũ in omnibus delictis, an verò solùm in notorijs, & cum scandalo populi?

SACRA CONGREGATIO CARDINALIVM Concilij Tridentini Interpretum censuit, Constitutionem san. me. Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, ne quaquam

quam subijcere Regulares exemptos, quibus cura animarum personarum secularium non incumbit, Episcoporum iurisdictioni in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cum in Sacramentis personis secularibus administrandis ijdem Regulares delinquunt: ac propterea.

AD primum dubium respondit, Episcopis non licere in vim eiusdem Constitutionis visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum secularium, nec loca, vbi in ijsdem Ecclesijs asseruatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel vbi Confessiones personarum secularium audiuntur;

Ad secundũ, Hac in parte Constitutionem nihil noui iuris induxisse, nec vlla nouam authoritatem Episcopis in Regulares attribuisse: Ideoq; in vim ipsius Constitutionis non posse Episcopos Regularibus præscribere, vt certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel alias illorum priuilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari. Quòd si aliunde Episcopis huiusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eadem Cõstitutione sublatam.

Ad tertiũ, Censuit eiusmodi facultatem non intelligi tributam Episcopis in personas nullius diœcesis.

Ad quartum, Non competere.

Ad quintũ, Ius confirmandi Abbatissas minimè fuisse Episcopis per Constitutionem attributum.

Ad sextũ, Confessores quidem extraordinarios Monialium nullatenus, posse post Constitutionem illarum Confessiones audire, nisi priùs ab Episcopo diœcesano idonei iudicentur, & approbentur. Ordinarios verò Confessores ante Constitutionis publicationem deputatos posse, durante triennio ab eorũ deputatione inchoando, pergere in Confessionibus Sanctimonialium audiendis absque alio examine, & approbatione Episcopi. Quòd si contingat, vt illorum facultas à Sede Apostolica vltra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopo examinari, & approbari.

Ad septimũ, Superiores Regulares electos seù deputatos ante ipsius Constitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competat audiendi Confessiones Monialium sibi subiectarum, posse, durante eorum officio, pergere sine alia Episcopi

approbatione in Confessionibus audiendis illarum tantum, quæ sponte, ac proprio motu id ab eis petierint. At verò eos, qui post Constitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officijs, seù dignitatibus, expleto iam tempore a Constitutionibus cuiuique Ordinis, vel aliàs legitimè præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam posse Sanctimonialium Confessiones audire, nisi priùs à Diœcesano Episcopo idonei iudicati, atq; approbati fuerint.

Ad octauũ, Confessiones huiusmodi nullas, atq; irritas esse.

Ad nonũ, Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad Confessiones personarum secularium audiendas, nequaquã censeri approbatos ad audiendas Cõfessiones Monialiũ sibi subiectarũ; sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione.

Ad decimũ, Regularem ad audiendas Cõfessiones Monialium vnius Monialium vnius Monasterij ab Episcopo approbatum, minimè posse audire Cõfessiones Monalium alterius Monasterij.

Ad vndecimũ, Confessores extraordinarios semèl deputatos, atquè approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro vna vice audiendas, haùd posse pluriès in vim approbationis eiusmodi illarum Confessiones audire: sed ab Episcopo totiès esse approbandos, quotiès casus deputationis cõtingerit.

Ad duodecimũ, Non teneri eiusmodi causam significare Superioribus Regularibus; sed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Episcoporum, quorum conscientiam Sacra Congregatio seriò onerauit, nè facultate sibi hac in parte attributa quoquo modo abutantur, eius rei in districto Dei iudicio rationem reddituri.

Ad tertiodecimũ, Constitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notorijs tantùm, & cum populi scandalo.

Quæ Sacra Congregationis responsa ad se relata fel. rec. Gregorius XV. & Sanctiss. D. N. VRBANVS VIII. in omnibus approbarunt.

A. Card. Caetanus.

Prosper Fagnanus S. Cong. Secr.

De-

Declaratio Sacrę Congregationis Concilij super Constitutione san. me. Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs.

AN liceat Episcopo in vim Constitutionis san. me. Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, punire regulares, qui ad Abbatissę electionem procedunt antè tempus ipsi Episcopo significatum, aut die electionis eidem nullatenus prænuntiata?

SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum respondit, Regulares ex eadem Constitutione ita demùm teneri Episcopo significare diem electionis Abbatissæ, eumq; vsque ad præfinitum tempus expectare, si antea ipse expressè declarauit, se vti velle facultate sibi hac in parte attributa, Abbatissarumq; electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere. Post eam verò declarationem licere Episcopo animaduertere in Regulares, qui ante tempus significatum, aut die electionis eidem non prænuntiata, ad Abbatissę electionem procedunt.

Cos. Card. de Torres.

Loco † sigilli

Prosper Fagnanus S. Congreg. Sec.

Posita Constitutione fel. rec. GREGORII XV. De exemptorum priuilegis, &c.

AN regularis absquè legitima licentia accedens ad Monasterium Monialium regularibus subiectarum, ibiquè in loco colloquijs destinato cum Moniali colloquens, a Diœcesano Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, coerceri, & puniri possit?

SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit, Posse. Quam Congregationis sententiam Sanctissimus Dominus Noster VRBANVS VIII. ad se relatam approbauit.

Cosmus Card. de Torres.

Loco † sigilli.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

De-

Decretum, quo conceditur, & præſcribitur facultas Ordinarij circa acceſſum Regularium ad Monaſteria Monialium ad colloquendum cum eis.

CVM aliàs de anno 1590. per Sacram Cardinalium negocijs Regularium Præfectorum Congregationem de mandato fel. rec. Sixti Papæ Quinti circa acceſſum Regularium cuiuſcumque Ordinis ad Monialium Monaſteria fuerit decretum: Quod nulli Religioſo cuiuſcumque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtat (Superiores, cum Monaſterij, ſeù Domus cura incumbit Viſitatore, vel Viſitatoribus, Confeſſarioq; Ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputabitur dumtaxat exceptis) liceat abſque licentia expreſſa eiuſdem Sacrę Congregationis accedere ad Monaſteria, ſeù Domus quarumcumque Monialium, vel Sororum, ſiue ſui, ſiue alterius cuiuſuis Ordinis ad colloquendum, ſiue tractandum cum eis, Quod ſi aliquando mandato ſui Superioris aliquos Religioſos ad prædicandum Verbum Dei, vel ad celebrandas Miſſas in ipſarum Monialium, ſeù Sororum Eccleſijs ſiue Oratorijs exterioribus, ſiue extra Clauſtra exiſtentibus mitti contigerit, ne dicti Religioſi vllo quæſito colore Moniales, Sorores, aut quamlibet aliam perſonam intra Clauſuram degentes alloqui poſſint, ſub pœnis priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & paſſiuę ipſo facto incurren., alijſq; eiuſdem Sacræ Congregationis arbitrio, fueritq; poſtmodum declaratum etiam Equites S. Ioannis Hieroſolymitani ſub eodem Decreto comprehendi, & quoſcũque contrafacientes ab alio, quam ab Apoſtolica Sedę, aut à Sacra Congregatione abſolui, & rehabilitari non poſſe; Ampliſſimi eiuſdem Sacræ Congregationis Patres Decreta huiuſmodi innouanda, & inuiolabiliter obſeruanda ſtatuerunt. Verùm quia experientia compertum eſt interdum ob pias, & rationabiles cauſas, eaſq; ita ferente caſu, repentinas, vt ab eadem Sac. Congregatione licentiam expectari ſummè incommodum, vel inutile ſit Regularibus ſupradictis colloquendi cum Monialibus ſibi attinentibus neceſſitatem obuenire, facto verbo cum Sanctiſs. D. N. Vrbano VIII. & de Sanctitatis ſuæ expreſſo ordine, & mandato facultatem tribuerunt in poſterum locorum Ordinarijs, vt quatenus ſibi viſum fuerit in Domino expedire, licentiam cócedere poſſint per quatuor vices ad ſummum quolibet anno

cuicumque Regulari, vt Moniales sibi in primo, & secundo tantùm consanguinitatis gradu coniunctas conuenire, & alloqui possit. Id verò non aliter quam seruata ad vnguem forma infrascripta, Vt id nullo modo liceat diebus festiuis, aut in Aduentu, Quadragesima, feria sexta, sabbato, & Vigilijs, prędictaq; licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem spectet eam concedere, consignetur Confessario Ordinario Monasterij, qui penès se retinere debeat, isq; associet, & præsens sit, & Auscultatrices de more, non autem alię, assistant, prędictaq; licentia pro die, & hora certa, & in scriptis concedatur, in librisq; Cancellariæ eiusdem Ordinarij annotetur: Quod si prędicti locorum Ordinarij per plures vices, vel in vlteriori gradu coniunctis, aut aliter, quam seruata forma supradicta licentias concesserint, vel permiserint, sciant se intentionis Sanctiss. D. N. & Sacræ Congregationis Transgressores, iudiciumq; reformident, Regulares autem pœnis in supradicto Decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinuissent eo ipso se nouerint esse addictos, & arbitrio Sacræ Congregationis seuerius puniendos. Romæ xiij. Kal. Decembris. M. DC. XXIII.

Oct. Card. Bandinus.

Laur. Campegius Sec.

§. 2. Quoad celebrationem Missarum per Sacerdotes seculares, seù regulares in Ecclesijs Monialium non parochialibus seruetur ad vnguem nostrum Decretum datum Florentię in nostro Archiepiscopali Palatio die 22. Mensis Iunij anno 1624. quod est tenoris sequentis.

Editto di non ammettere Sacerdoti forestieri à celebrar Messa nella Citta, e Diocesi Fiorentina. E di non celebrare nelle Chiese de Munisteri di Monache senza licenzia.

ALESSANDRO Marzi Medici per grazia di Dio, e della Santa Sede Apostolica Arciuescouo di Firenze.

ESSENDO nostro debito Pastorale segregare (per quanto noi possiamo) dal Gregge à noi commesso le persone Criminose, e scandolose, e specialmente Sacerdoti tali, (come quelli, il male esempio, e scandolo le quali tanto più nuoce, e infetta i popoli, quanto che posti sono nella Chiesa per aiuto degl'altri) accio come pecore lebbrose non infet

tino

tino le sane: molto più si conuiene, che ponghiamo diligenzia maggiore, che non concorrino à pascoli del medesimo Gregge, e non si mescolino nel nostro ouile quei Sacerdoti, che contaminati di vizi, e delitti sono da altri Pastori da lor Greggi scacciati. Onde auendo à questo fine il sacro Concilio di Trento proibito a' Vescoui, che non dieno faculta ad alcuno Sacerdote forestiero di celebrare la Messa, e amministrare i Sacramenti, senza veder le lettere commendatizie, ò dimissorie del suo Ordinario; Noi per l'esecuzione di questo nel Synodo Diocesano, celebrato da noi l'anno 1619 rinnouamo l'Editto, e decreto fatto sopra di ciò nel Synodo Prouinciale Fiorentino l'anno 1574. e cassamo tutte le licenzie di celebrare sino all'ora concesse à qualunque Sacerdote alieno, eccetto à quei che per innanzi erano stati da noi deputati al seruizio di qualche Chiesa, e ordiniamo, che in auuenire non si concedessino tali licenzie più, che per vn mese, dichiarando nulle, e inualide quelle, che per più lungo tempo ne fussino concedute senza espressa derogazione di tal Decreto; aggiungendo la pena della carcere à nostro arbitrio à quei Sacerdoti, che senza nostra licenzia, ò del nostro Vicario ardissino celebrare nella nostra Diocesi. Ma sentendo con nostro disgusto, che non ostante queste ordinazioni, e rinnouazioni, ad ogni modo concorrano in questa Città, e Diocesi molti Preti forestiei di aliene Diocesi, quali senza rappresentarsi nè à noi, nè al nostro Vicario, senza lettere dimissorie, ò commendatizie del loro ordinario, e senza chiedere alcuna licenzia, prosuntuosamente ardiscono celebrar douunque sono chiamati, e da Curati, e Sagrestani tanto delle Chiese Curate, quanto di qualunque altra Chiesa, oratorio, e luogo pio, e specialmente dalle Monache nelle loro Chiese, e da secolari nelle Compagnie sono indifferentemente accettati, e senza alcuna inquisizione di licenzia ammessi alla celebrazione contro gl'ordini, e costituzioni sudette. E stãte che bene spesso succede che tali Sacerdoti stieno fuori della loro Diocesi, per essere da quella, come Criminosi, scacciati, o per alcũo delitto sospesi, e scomnicati, e per altri disordini importanti, che di qui nascono, à noi noti, cade in graue pregiudizio del Culto diuino, e scandolo della nostra Chiesa, che sieno ammessi al sacrifizio. Però volendo noi ouuiare à vn tanto scandolo, e purgare la nostra Diocesi da questi Sacerdoti così temerarij: insistendo nell'esecu-

esecuzione del suddetto decreto del sacro Concilio; Per questo presẽte Editto rinnouiamo l'ordine di ciò da noi fatto nel Sinodo Diocesano dell'anno 1619. e ampliãdolo, ordiniamo, che le licenzie che in auuenire si concederanno a' Sacerdoti forestieri di celebrar Messa in questa Città, e Diocesi non si intendino per i Munisteri di Monache se in quelle non si fa di essi speciale menzione, e vogliamo ancora che sieno inualide, e nulle, se chi l'otterrà non esporrà, che carichi e gl'habbia di celebrare Messa ò in sue, ò in altrui Chiese. E di più comandiamo in virtù di santa Obbedienza à tutte le persone Ecclesiastiche, e secolari dell'vno, e l'altro sesso; e di qualunque stato, e condizione alla nostra iurisdizione suggette, che non ammettino à celebrare la Messa, ò amministrare Sacramenti alcuno Sacerdote pellegrino, e di aliena Diocesi, che non habbi licenzia in iscritto da noi, ò dal nostro Vicario sigillata col nostro sigillo, e soscritta dal nostro Cancelliere, sotto pena alle persone Ecclesiastiche che ammetteranno, ò consentiranno che tali Sacerdoti celebrino senza detta licenzia della sospensione à diuinis da incorrersi ipso facto, e di interdetto delle Chiese, Oratorij, Cappelle, Compagnie, Spedali, ò altri luoghi a noi suggetti, doue da tali Sacerdoti sarà celebrato, eccettuando però dall'interdetto, solamente le Chiese Parrocchiali, ma tutti gli altri luoghi suddetti ora per allora gli dichiariamo ipso facto interdetti, si come ancora vogliamo che siano liberi dalla sospensione quei Cherici che hanno le Chiese ne Piuieri che confinano con altre Diocesi, à quali permettiamo, che senza altra nostra licenzia possino ammettere à celebrare nelle loro Chiese i Sacerdoti benefiziati nel Piuiere confinante di quella Diocesi. Con questa dichiarazione espressa, che per il presente Editto non intendiamo concedere libertà a Sacerdoti della nostra Diocesi di potere à ogni loro beneplacito celebrare nelle Chiese de Munisteri di Monache a noi suggette, ne intẽdiamo derogare al decreto da noi fatto sopra di ciò nel Sinodo suddetto, ma confermandolo, e ampliandolo proibiamo à tutti i Sacerdoti della nostra Diocesi, (eccetto à quelli, che di presente sono deputati di consenso dell'Ordinario ò del Gouernatore, ò Confessoro al seruizio di alcuno Munistero, à quali non vogliamo che pregiudichi il presente decreto per il Munistero a cui sono deputati solamente) che non possino celebrare in alcuna Chiesa di Munisteri di

Monache della nostra Diocesi à noi suggette, senza l'istessa nostra licenzia soscritta dal Gouernatore, ò Cōfessoro di quel Munistero, sotto pena di sospensione à diuinis da incorrersi ipso facto. Dalla qual pena nondimeno facciamo esenti le Congreghe de Preti della Citta di Firenze a' quali permettiamo che senza alcuno pregiudizio possino celebrare gl'vfizij, e Messe d'obbligho nelle Chiese de Munisteri, doue dette Cōgreghe sono tenute per quel giorno solamente che la Congregha loro fara in quella Chiesa la sua tornata, con questo però, che ciascuna Congregha infra vn mese dall'esecuzione del presente Editto dia nota al nostro Cancelliere di tutti gl'obblighi che hà di celebrare a ciascuno Munistero insieme con i nomi, cognomi, e titoli di tutti li Sacerdoti che sono di detta Congregha, e cosi di tempo in tempo di quelli che in auuenire n'entrerranno, altrimenti non possino li Sacerdoti di quella celebrare nelle Chiese di Monache sotto la medesima pena. Concedendo similmente facultà a' Gouernatori, e Confessori, che sono soliti celebrare, ò che tengono vfiziature ne Munisteri che hanno à gouerno, e cura, che possino à ogni loro beneplacito mandare vn Sàcerdote della nostra Diocesi, che dica Messa in cambio loro, etiam che non habbi licenzia da noi, e cosi quando occorre celebrare in dette Chiese le solite feste, e vfizij d'obbligho, ò di consuetudine pia possino chiamare quel numero di Sacerdoti che bisogna a loro elezzione senza incorrere nella detta pena, ma non però sia tal facultà comune a Cappellani, e Procuratori, ò altri agenti di Munisteri quali vogliamo che non possino mandare alcuno scambio, nè chiamare alcuno che non habbi licenzia da noi, e dal Gouernatore, ò Confessoro; si come sopra si è detto, e alle Monache nel detto Sinodo, è vietato, e similmente le licenzie di celebrare che da noi si concederanno per l'auuenire a Sacerdoti forestieri non vogliamo che habbino forza, ò vigore alcuno per i Munisteri ma sieno in questa parte nulle, e inualide se non sono sottoscritte dal Confessoro, ò Gouernatore del Munistero doue hanno a celebrare, e la detta Chiesa soggiacia all'interdetto come se tal licenzia non fussi stata da noi loro conceduta; E sotto la medesima pena d'interdetto comandiamo alle Monache, & à qualunque altra persona che non ammettino a celebrare nella loro Chiesa alcuno Regolare se non ha licenzia da noi, ò dal Vicario nostro in scriptis, soscrit-

soscritta dal Gouernatore, ò Confessoro del Munistero. E per più diligente osseruanza delle cose soprascritte ordiniamo à tutti li Curati, Sagrestani, ò altri a chi s'appartiene la Cura, e amministrazione delle Chiese, Oratorij, Cappelle, Compagnie; e altri luoghi pij doue si celebri, & à Gouernatori, & Confessori de Munisteri che appẽdino il presente Editto nelle Sagrestie di detti luoghi, quale vogliamo che cominci hauer forza e vigore nella Citta di Firenze quindici giorni, e nel resto della Diocesi vn mese dopo la presente.

Data. In quorum fidem. Datum Florentiæ in Archiepiscopali Palatio die 22. Mensis Iunij 1624.

Alessandro Marzi Medici Arc. di Firenze.

Giuseppe Barni Cancell.

De Iudicijs.

Quoniam experientia comprobatum est exequutiones quę fiunt, & fieri contingunt in rebus mobilibus, ob litium diuturnitatem eo redigi, vt quando vendendæ, aut restituendæ sunt nullius pretij sint magno cum damno tam creditoris, quã ipsius etiam debitoris, ideo vt tanto incommodo consulatur ad ambarum partium vtilitatem præcipitur, vt quotiescunq; fiet grauamen in mobilibus, & supellectilibus transacto anno à die quo actualiter, & re ipsa grauamen traditum fuerit Camerario Generali Archiepiscopatus, & etiam nõ dum expedita fuerit, neq; creditori satisfactum, aut alio modo consultũ, tunc à dicto Camerario omnium earum rerum cathalogum conficiendum esse, ac Domino Vicario Generali tradẽdum, qui citatis prius in locis publicis, qui eas prætenderent ad certam diem committat talium bonorum publicam subhastationem, sicuti alia grauamina vendi solent, affixa prius ad valuas Archiepiscopalis Palatij per octo dies notificatione, prædictarum vero rerum prętium apud Camerarium Generalem deponatur loco ipsius grauaminis venditi soluendum postmodum ijs, & ea ratione qua Reuerendissimus D. Vicarius, vel alius legittimus Iudex præcipiet; quod plane seruabitur etiam in aliis grauaminibus quę vsq; ad pręsentem diem iam contigerunt, anno tamen transacto. Sin autem grauamina acciderint in bestijs, & pecoribus, quę profecto multas inuoluunt impensas, ne huiusmodi animalia sicut antea euenit

apud stabularium, seù alium depositarium impensis ipsis absumantur velut etiam in vino, rebusq; ad victum pertinentibus aut alia quauis re, quæ lesioni iacturæ, aut incommodo cuiusq; subiaceat, præcipitur, vt talibus grauaminibus succedentibus a D. Camerario significetur Reuerendissimo D. Vicario, qui suo Decreto iubeat debitoribus notum fieri, si intra tridum idoneum sponsorem non obtulerint sua animalia, aut vinum, aut ad victum spectantia quæcunq; non liberauerint, aut parti alio modo non satisfecerint fore vt sub hasta omnia vendantur, quę profecto exequetur tribus dictis diebus pręterlapsis, & grauamine non liberato D. Reuerendissimus Vicarius absq; alia citatione mandet vt vendantur, & prętium deponatur vt supra apud Generalem Camerarium.

De Constitutionibus.

Tandem confirmamus, innouamus obseruari volumus, & mandamus, omnes, & singulas constitutiones, reformationes, ædicta, atq; decreta, quæ anno 1517. à Iulio Mediceo tunc S. R. E. Cardinali, & Florentino Antistite, ac postmodum Summo Pontefice Clemente VII. & deinceps ab alijs Archiepiscopis Prædecessoribus nostris, & à nobis huc vsque emanarunt quat. Sac. San. Concilij Tridentini decretis, aut Pontificijs constitutionibus, vel moderationibus à nobis factis, aut premissis hisce Synodalibus legibus non aduersantur; quas post duos Menses a die earum promulgationis robur obtinere decernimus, & ad earum violabilem obseruantiam exinde omnes teneri volumus; declarantes neq; per has neque per alias Constitutiones, & decreta educi noua peccata mortalia nisi quando violarentur ex contēptu, vel apposita in illis esset excomunicationis, suspensionis, aut generalis interdicti pęna, vel additum esset districte, aut in virtute scientię Obedientię, verbis, præcipimus, mandamus, iniungimus, prohibemus, vetamus, inhibemus, aut his æquipollentibus. &c.

De Examinatoribus.

Admodum R: D. Petrus Nicolinus Archidiaconus Florent.
Admodum R. D. Horatius Quaratesius Archiep. Florent.
Admodum R. D. Franciscus Iunius Decanus Florent.

Ad-

Admodum R. D. Laurentius Capponius Præpositus Floren.
R. D. Eques Andreas Tobalea.
R. D. Petrus de Carnesecchis.
R. D. Petruspaulus Bonsius.
R. D. Paulus de Paulis.
R. D. Eques Angelus Martius Medices.
R. D. Vincentius Rabatta.
R. D. Vincentius de Rondinellis.
R. D. Nicolaus de Cinis.
R. D. Cambius de Anselmis.
R. D. Nerius de Iacobis.
R. D. Antonius Gondius.
R. D. Alphonsius Strozzius.
R. D. Iulius del Riccio.
R. D. Pandulphus de Ricasolis Baronibus.
R. D. Carolus de Altouitis.
R. D. Laurentius Robia
R. D. Franciscus Malegonnelle.
R. D. Alexander Vasolius Prior insignis, & coll. Ecclesiæ S. Laurentij Florent.
D. F. Ioa: Vincentius Donius Eques Hierosol. Sac. Theol. Doct.
P. D. Adamantius de Rubeis Abbas S. Pancratij Ord. Valumbrosæ.
P. D. Hypolitus de Certonis Abbas dicti Ord. Vallumbrosæ.
P. M. Michael de Arribis Ord. Prædic.
P. M. Philippus de Guidis dicti Ordinis.
P. M. Ignatius del Nente dicti Ordinis.
P. Dominicus de Catastinis Sac. Thel. Lector dicti Ordinis.
P. M. Ioannes Vitesius Ord. Seruorum.
P. M. Dionisius Florentinus eiusdem Ordinis.
P. M. Nicolaus Gaglius Ord. Carmelit.
P. M. Stephanus Arbinottus Augustinianus.
P. M. Ioannes Comes Augustinianus.
P. M. Angelusmaria de Massa Ord. S. Francisci de Obseruantia.
P. M. Franciscus de Tibaldis Ord. Minorum Conuentualium S. Francisci.
P. M. Leonardus de Auacchia dicti Ord.
P. M. Marcusantonius de Lanciottis dicti Ord.

P. Co-

P. Cosmus de Pazzis Rector Collegij S. Io. Euang. Soc. Iesu de Florent.
P. Laurentius Incuria Soc. Iesus.
P. Philippusmaria Guadagnius Ord. Theatin.
P. Laurentius Cocchius dicti Ord.

De Iudicibus Delegatis.

Illustrissimus, & Reuerendissimus D. D. Alexander Martius Medices Archiepiscopus Florentius, & eius.
Reuerendissimus D. Vicarius.
Admodum Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Episcopus Fæsulanus, & eius D. Vicarius.
Admodum R. D. Petrus Nicolinus Archidiaconus Florent.
Admodum R. D. Horatius Quaratesius Archipresbiter.
Admodum R. D. Franciscus Iunius Decanus.
Admodum R. D. Laurentius Capponius Præpositus.
R. D. Michael de Datis.
R. D. Eques Andreas Tobalea.
R. D. Petrus de Carnesecchis.
R. D. Petruspaulus Bonsius.
R. D. Paulus de Paulis.
R. D. Eques Angelus Martius Medices.
R. D. Vincentius Rabatta.
R. D. Cambius de Anselmis.
R. D. Nereus de Iacobis.
R. D. Laurentius Vbaldinius.
R. D. Antonius de Gondis.
R. D. Thomas Cellesius.
R. D. Vincentius Martellius.
R. D. Iulius del Riccio.
R. D. Ginius de Gianfigliazzis.
R. D. Bernardinus della Rena.
R. D. Franciscus Malegonnellis.
R. D. Alexander Vasolius Prior S. Laurentij.
R. D. Vgolinus de Vieris Prot. Apost. & I. V. D.

Pro admictendum Sacerdotibus ad Confessiones, & alijs vel ad arbitrium Illustrissimi, & Reuerendissimi D. D. Archiepiscopi Florent.

Admod. R. D. Horatius Quaratesius Archipresbiter Florent.

Ad-

Admodum R. D. Laurentius Capponius Prępositus Florent.
R D. Petrus de Carnesecchis.
R D. Petrus Paulus Bonsius.
R. D. Eques Angelus Martius Medices.
R. D. Vincentius Rabatta.
R D. Vincentius Rondinellius.
R. D Nicolaus de Cinis.
R. D. Cambius de Anselmis.
R D Iulius del Riccio.
R. D. Carolus de Altouitis.
R. D Laurentius Robia.
R. D. Alexander Vasolius Prior S. Laurentij.
P. M Philippus de Guidis, & P. M. Ignatius del Nente. } Ord. Prædic.
P. Cosmus de Pazzis Rector Coll. S. Io. Euang. Soc. Iesus Florent.
P. Laurentius Incuria Soc. Iesus prædictę.
P. Philippus Maria de Guadagnis, & P. Laurentius Cocchius. } Ord. Teatin.

De Deputatis super impositionibus fluminum.

R. D. Laurentius Capponius præpositus Floren.
R D. Ioannes de Ricasolis Canonicus Floren.
P. Abbas Abbatię Septimi Ord. Cistercien. pro tempore existen.

Zenodochiarij, & Reuisores Piorum locorum.

R. D Rodulphus Marucellius Canonicus Floren.
R. D. Philippus Fontanius Canonicus S. Laurentij.

De ijs, qui ordine Sacerdotali initiatos experiuntur an probe calleant cęremonias Missæ in rubrica prę-ceptas, & idoneos approbant.

R. D. Rodulphus de Marucellis. R. D. Carolus de Altouitis. R D. Lurentius Robia. } Canonici Florentini.
R. D. Benedictus de Buonmatteis Cler. Flor. Sac. Pag. Doct.

Testes

Testes Synodales.

R. D. Philipus del Migliore.
R. D. Iulianus della Fonte.
R. D. Raphael Ciaperonius Præpositus Emporij
D. Ioannes de Nicolais Prior S. Simonis de Florentiæ.
D. Donatus de Nobilis Plebanus Impronetæ.
D. Tolomeus Nozzolinius Plebanus S. Agatæ de Mugello.
D. Lucas de Minis Plebanus S. Stephani inpane.
D. Petrus de Martinis Plebanus S. Martini de Sexto.
D. Ioannozzius Attauantes Plebanus S. Hypoliti Castri Flor.
D. Thadeus de Nasis Plebanus S. Donnini de Villamagna.
D. Ioannes Cauinius Plebanus S. Ioannis de Misileo.
D. Vlisses Giannellius Plebanus di Botena.
D. Carolus de Romanellis Plebanus S. Mariæ in Dicomano.
D. Philippus de Braccinis Plebanus S. Ioannis de Petroio.
D. Dominicus Ghisius Plebauus S. Martini de Brozzio.
D. Iulius de Gherardis.
D. Ioannes de Panciatichis.

De Doctrina Christiana, & Visitatoribus locorum in quibus edocetur pro Ciuitate, & Diœcesi Florent.

D. Carolus de Altouitis, & }
D. Laurentins Robia. } *Canonici Florentini.*
D. Bartolomeus de Gallis I. V. D.
D. Braccius Michelozzius.
D. Benedictus de Buonmatteis Cler. Flor. Sac. Pag. Doct.

Ad Cathecumenos instruendos.

P. M. Philippus Guidius Ord. Prædic.
P. Cosmus de Pazzis Soc. Iesus.

F I N I S.